

predicti hospitalis fuerit electus, archidiacono loci rite et canonice presentetur in investi-
 turam et curam animarum, que non parvula est in dicta parrochia, recepturus ab ipso,
 idemque provisor obligatus sit in sinodalibus et aliis iuribus archidiaconatus secundum ius
 et morem archidiacono prenotato. Sane cum prelibata omnia deo accepta esse speremus,
 5 eis a calumpniis et cavillationibus et oblivionis incommodo precavere opere precium iudi-
 camus ideoque ad perhennitatem ipsorum presentem paginam conscriptam nostrorum
 videlicet episcopi et capituli sigillorum apensionibus iussimus communiri. Datum Merse-
 bure anno gracie M^o CC XLII, XV^o indictione, idus iulii, pontificatus nostri anno III, presentibus
 et consentientibus hiis, quorum nomina sunt subscripta: Fridehelmus decanus, Bruno
 10 thesaurarius, Norpertus scolasticus, Rudolfus cellarius, Otto et Hildebrandus archidiaconi,
 Zlauko et Gerhardus subdiaconi, magister Cunradus, Cunradus et Theodericus presbiteri,
 magister Daniel, canonici Merseburgenses.

(S.)

(S.)

6.

15 *Markgraf Heinrich der Erlauchte schenkt dem Hospital zu Grimma die Dörfer Groß- und Klein-
 bardau mit allen Zugehörungen und allem Rechte.* Buch, 1243 Juni 11.

*Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 389. Das wohlerhaltene Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner
 Taf. III, 5) an Fäden von blauer und gelber Seide.*

Gedr.: Hasche Magazin 3, 450.

20 *Anm.: Vergl. No. 7. 8; Lorenz Grimma 1294.*

¶ In nomine sancte et individue trinitatis. ¶ Henricus dei gracia Misnensis et
 Orientalis marchio omnibus in perpetuum. | Ut robur habeant que fiunt ab homine nec
 labente labantur cum tempore solent testium et scripture adminiculo roborari. | Hac
 itaque nos ducti ratione ac provocati consuetudine universitati presentium et futurorum
 25 fidelium patere volumus et constare, quod | ob remedium anime karissime coniugis nostre
 Constantie dive memorie villas, que nominantur Parde, maiorem et minorem cum omnibus
 agris pratis pascuis et aliis attinentiis ac iure universo hospitali pauperum Christi in
 Grimme deserviendas contulimus libere et absolute perpetuo possidendas. Et ut supra
 dicto hospitali hec nostra donatio inconvulsa permaneat, presentem paginam conscriptam
 30 sigilloque nostro munitam iam dicto hospitali pauperum Christi mediante fidei nostro
 Wirico de Kyrichberch fecimus exhiberi, testibus adhibitis, quorum ista sunt nomina:
 Theodericus episcopus Nuenburgensis, Henricus summus prepositus Misnensis, Mein-
 herus buregravius Misnensis, Vlricus de Pak, Henricus marscalcus de Genannenstein et
 Cunradus camerarius frater eius, Albertus dapifer de Burne, Rodolfus de Bvnowe, Wig-
 35 nandus iunior de Herstein, Wiricus de Kyrsberc, Henricus de Kaiskechin et alii quam
 plures. Datum apud Bûch anno domini M^o CC XLII, tercio idus iunii, indictione I.

(S.)